

Epitaphium in
honestisziman & sui sexus
virtutibus ornatisziman
matronam Ma...

Tofstadius, Laurentius Laurentii

1 Ic 1631 Porshanck



National Library
of Sweden

EPITAPHIUM

in

*Honestissimam & sui sexus Virtutibus Ornatissimam
Matronam*

MARGARETAM
PORSHANCK

Canuti Filiam

Reverendi & Clarissimi Viri

DN. HENRICI MART. BRENNERI

Olim Præpositi Ostro-Bothniensis & Ecclesiæ Vasensis

atq; Mustafarensis Pastoris fidelissimi

desideratissimam Conjugem,

Quæ nata erat Stockholmiæ anno 1567. Pie atq; placide ibidem
mortua d. 6. Aug. 1631. pauloq; post solenni ritu & justis
funebribus tumulo majorum illata in templo Cathedrali
Stockholmensium, quod S. Nicolai dicitur.

*Pater Famine hujus laudatissima fuit CANUTUS PORSHANCK tempore Regis Erici
XIV in Magistratu Civitatis Stockholmensis Senator spectabilis & benemeritus,
posteaq; translato imperio ad Regem Iohannem III jussu ejusdem in memo-
rato officio Senatorio confirmatus, multaq; gratia
Regia ornatus.*

Excusum primo Upsaliæ per Eschillum Matthiæ A. 1631.
nunc recusum Stockholmiæ

Literis JOH. BILLINGSLEY, A. 1692.



IC MARGARETA jacet mortis violata sagittis,
Matrona in plures vivere digna dies.
Margaris HENRICO quæ fœdere vinctâ jugali
Pastori Vasæ Præpositoq; simul.
Holmia defunctæ genitale solum exitit alma,
Prognatæ è thalamo deq; parente pio,

Cum nova quindecies abierunt secula Christi,
Anni ac septem, bis sex quoq; lustra simul.
Moribus imbuitur pulchris a tempore primo,
Virgineam gentem qui decorare solent.
Jam matura viro, jam plenis nubilis annis,
Præfati in thalamos transit amata viri.
Quem plus obryzo vivum deamaverat auro,
Cuiq; ministrandæ fida ministra domus.
Hanc pudor & probitas blandiq; modestia vultus,
Ac veræ ornavit religionis amor.
Pauperis & miseram sortem miserata levavit,
Solando verbis, req; juvando simul.
Hinc dilecta DEO atq; viro, celebrata per orbem
Omnibus ob fidam munificamq; manum.
Hinc plures plangunt ipsius tristia fata,
Gnatorum imprimis turba relicta dolet.
Aërias sobolem blandi sub luminis oras
Quater quaternam protulit illa patri.
Dena prius præmissa, at non periisse putanda;
Senam vitalis Numinis aura fovet.
Fæmina quam dixi, cælebs sine conjuge degit
Vitam, ac dimidium per duo lustra, piam.

Or-

Orba viro luget, sed spemq; fidemq; reponit
In Domino semper supplice corde rogans,
Ut summi semper memori sub mente notavit
Linquere nec voluit, iussa verenda DEI:
Sic animo volvit cœlos, animæq; medelas,
Duro dum strato morbida membra cubant
Ac suprema videns vitæ sibi fata parari,
Se parat, & Christi sancta cibaria edit.
Mellea commemorat solamina talia fando:
Vita mihi Christus, mors mihi dulce lucrum.
Christe meum robur, cœlestis janua vitæ,
Tu proprio clauisti funere mortis iter.
Corporis exsolvi cupio compage, meoq;
Vivere cum Christo. Mi citò Christe veni.
Nunc animam dextræ commendo tuæ, DEus alme,
Carmen Christe tibi cum Simeone cano.
His dictis placidâ clauduntur lumina morte,
Postremum & vitæ claudit in orbe diem.
Cum vixit decies senos & quatuor annos
Margaris, ascendit regna beata poli.
Qua cum cœlicolis mundumq; orcumq; triumphat,
A facie ad faciem conspicit illa Deum.

*Honoris, suisq; in heredes affectus contestandi causa,
tenui filo contextum à*

M. LAURENTIO L. TOLFSTADIO
Facultatis Phil. in Regia Acad. Upsal.
Adjuncto.

Min

MIn Sorg är större Klagan wärdt/
An nänsin iag beskriwa lärdt/
Doch tycker migh en sonlig Pflicht/
Är skyldigh till en Klage Dicht.
Mitt Tillstånd strart påminner migh/
At iagh lär sakna dageligh /
Den Hyllest / Hielp och Tillförsicht
Den Omförg dijt iagh kunnat trygt/
Så äfta nogot kom migh på/
Förwänta Hielp och Tröst ifrå/
Den migh och mina Syston war /
Den bästa Stödh / seen Gudh wår Fahr/
Oß alt för tidigt undantogh /
Wij ha' till qwidä största fogh;
Wij haa een Dugdigh Modher mist
Den fredligt / Redligt / sedigt / tyßt/
Sin tunga Wård igenom gådt/
Och till en tembligh Alder nådt /
Så att hon gladligt skildes wedh /
All denne werldens fåfångheet.
Iagh kan der hos besinna wål/
Gudh hafwer hugnat hennes Siäl/
Som hon det långseen önskat haar/
Men sarat oß som lefwa quar.

Flebilis ut noster status est, ita flebile carmen

Materix scripto conveniente suæ.

Således beklagar sin Sahl. Moders sorgelige fränfälle
GABRIEL HEN: BRENNERUS.